per dextrum vas spermaticum defertur sanguis et spiritus ad mem-
bra generativa ita per vas sinistrum spermaticum defertur spiritus vita-
lis et sanguis arterialis. Dico 2o non esse necessarium san-
guinem arterialem ad membra esse delatum ita materialiter transmu-
tatum in spermam sicut sanguis venalis transmutatur in principio quam
transfundatur in vas dextrum licet est probabiliter tenendum posset esse
materiam spermatis. In summa ergo pulchre ex hoc fundamento
intelligi potest quo ex dicta parte vasorum spermaticorum accidat no-
cumentum in coitu et generacione. 6ta causa per quam libidinosus nocuit coitus as-
signabatur ex parte nocumenti inventi in membris vicinis membris
coitus. Membra autem talia plura per distincta sunt, primum quorum
sunt caude spondiles. 2m est siccitas ut circulus ani. 3m est
inflatulosa ut cavernosa pars siccitas eidem apposita. 4m sunt vene
emorroydales in extremitate intestini recti a bibitur tunc
etiam est fractio conquassacio ut dislocacio in spondilibus predictis
magnum inde nocumentum. Inducere generandum potest et quod coitus eo
quia a spondilibus alterativum et caude spiritum animalem et simpli-
cem portantes ad predictas partes et membra generativa ut legi potest
prima parte doctrina 6a summa et finali capitulo. Adhuc etiam si contingat
apostema in circulo ani et partibus adiacentibus et propter mala composita [?] seu tam
in vasis spermaticis potest si nocumentum in coitu dolor etiam magnus
in circulo ani et emorroydalibus partibus magnum nocumentum est
sicut potest in coitu extensio virtutis et facit fluere materias ad predicta
loca debilia et evacuatio immoderata emorroydarum idem efficit
potest propterea quia inflatuli sunt moventes circulum ani continui-
tas est magna cum inflatur virge et potest videri prima primi doctrina
septa summa 3a capitulo 24o et 26o. Septima vero causa nocumenti coitus
posita fuit pauca quantitas ventositatum in toto corpore et in membris
coitus. Cum enim in actu coitus necessaria sit erectio propter efficacem
tam caliditatem que sufficienter possit dilatare et ampliare partes
spiritales virge et alterum in tempore movet tam naturalem que est sanguis
arterialis et venalis spermatum articulatum [?] et vitalem multitudo
et ventositas notabilis quantitate. Cum ergo quelibet ipsorum a naturali ca-
liditate membrorum predictis influxa cordi valde facili moveri
rarefieri et dilatari possit, patet quod necesse sunt quantitates mag-
nas [?] talia corpora recipi continere rarefieri et dilatari possint ut
tales sunt porose partes ipsius virge ampla quantitas venarum
et arteriarum multitudo in quibus cum talis recipit ventositas et
spiritus ex eorum rarefactione fit tensio virge multitudo ergo vento-
sitatis in magna parte ambitus corporis inventa et in partibus etiam
que sunt propinqua membris coitus est causa coitus et generare generativus [?]
et eorum defectus ventositatum in partibus remotis et propinquis membris